

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Nomen philosophi a Picthagora
ortum habuit qui

interrogatus quid profiteretur uerecundendo
philosophum, id est amatorem sapiencie, se esse
respondit quoniam sapientem profiteri
arrogantissimum uidebatur.

Ita deinceps posteris placuit ut quantumcumque quis
sibi uel aliis in sapiencia excellere uideretur, non nisi
philosophus uocaretur.

Ysidorus libro VIII. ethimologiarum.

Philosophia p
cum fontibus proximo et primis

Nomen philosophorum primum a Pythagora fertur exortum.

Nam dum antea Graeci veteres sophistas, id est
sapientes, aut doctores sapientiae semetipsos iactantius
nominarent, iste
interrogatus quid profiteretur, verecundo nomine
philosophum, id est amatorem sapientiae se esse
respondit, quoniam sapientem profiteri
arrogantissimum videbatur.

Ita deinceps posteris placuit ut, quantalibet de rebus ad
sapientiam pertinentibus doctrina quisque vel sibi vel
aliis videretur excellere, non nisi philosophus
vocaretur.

Isidorus Hispalensis, *Etymologiarum libri XX.*, 8.6.2-3
(W.M. Lindsay ed., vol.1, n.p., ll.17-25).

Italicum genus auctorem habuit Pythagoram Samium, a
quo etiam ferunt ipsum philosophiae nomen exortum.
Nam cum antea sapientes appellarentur, qui modo
quodam laudabilis uitae aliis praestare uidebantur, iste

interrogatus, quid profiteretur,
philosophum se esse respondit, id est studiosum uel
amatorem sapientiae; quoniam sapientem profiteri
arrogantissimum videbatur.

Augustinus Hipponensis, *De ciuitate Dei*, 8.2 (CCSL
47, B. Dombart ed., p.217, ll.5-12).

Ita deinceps posteris placuit ut, quantalibet de rebus ad
sapientiam pertinentibus doctrina quisque vel sibi vel
aliis videretur excellere, non nisi philosophus
vocaretur.

Isidorus Hispalensis, *Etymologiarum libri XX.*, 8.6.2-3
(W.M. Lindsay ed., vol.1, n.p., ll.17-25).